

*Sic ut infra habet in abbij
meum Notarij iurarii collig*

IN Nomine Domini, Anno à Nativitate eiusdem millelmo septingentesimo vigesimo quinto, Indictione tertia, die Veneris quarta mensis Maij.

Illustrissimus D. Don Ioannes Petrus Sextus Carcanus alias Joseph, f. q. Illustrissimi D. Ioannis Petri Quinti antea Ioannis Carcani, P. R. P. S. Euphemiae intus Mediolani.

Voluntariè &c.

Et omnibus modo &c.

Fecit, & constituit, ac facit, & constituit, solemniterque ordinavit, & ordinat &c.

Suum certum missum, nuncium, & Procuratorem spetialem, & ad infrascripta generalem, & quidquid melius &c.

Illustrissimum D. Don Franciscum Carcanum ipsius D. Constituentis fratrem presentem, & onus presentis mandati sponte suscipientem &c.

Specialiter, & expressè ad nomine præfati Illustrissimi D. Constituentis, & pro eo petendum, exigendum, consequendum, recipiendum, & habendum, ac habuisse, & receperisse confitendum à quibuscumque persona, & personis, Communi, Collegio, Capitulo, Uniuersitate, Regia Ducali Camera Mediolani, Banco S. Ambrosij Mediolani, & alijs quibuscumque locis publicis, eorumque Thesaurarijs, Capserijs, Ministris, Procuratoribus, vel alijs quibuscumque personis pro eis, & quolibet eorum soluere volentibus omnes, & quascunque pecuniarum summas, tam hucusque debitas, & maturatas, quam in futurum debendas, & maturandas, ex quacunque causa, & occasione nulla penitus exclusa, & in quacunque summa, & quantitate existant, vel existere possint, & de habitis, & receptis, seu habendis, & recipiendis faciendum, & facere postendum quamcumque opportunam confessionem, quietationem, & liberationem, tam per scripturam priuatam, quam per publicum Instrumentum, & tam interueniente, quam non reali numeratione confessandorum toties, quoties &c., & sub ijs paciis, modis, & formis dicto D. Procuratori melius benevisis, & prout, & sicut &c.

Item ad faciendum quæcunque transactiones, pacts, conventiones, compositiones, & acordia cum quaconque persona, & personis &c. de pro, & super quibuscumque rebus, bonis, iuribus, & alijs ad præfatum D. Constituentem spectantibus ex quaconque causa, & occasione, & seu de, super, & pro quibuscumque litibus, controuertij, discordijs, & differentijs, tam motis, ortis, & penderitibus, quam in futurum mouendis, sive actinè, sive passiue, & proinde ad renuntiandum beneficio quarumcumque legum, & obligandum bona D. Constituentis pro executione conueniendorum, & paciscendorum &c.

Item ad faciendum quæcumque compromissa toties, quoties, &c. in arbitrum, & arbitratorem, & seu arbitros, & arbitratores dicto Domino Procuratori melius beneulos de quibuscumque litibus, questionibus, & differentijs quæ verti, & esse postulat inter dictum D. Constituentem, & quamlibet aliam personam, & ad præfigendum, & prorogandum tempus, & terminum compromissi, seu compromistorum, Cancellarios eligendum, actitandum in causis dictorum compromislorum in omnibus prout facere posset ipsemet D. Constituentis, sententias arbitriamentales, lauda, & declaraciones, quæcunque ferendas audiendum, acceptandum, & emolgendum, ac exequendum, & seu etiam de eis revisionem, & reductionem ad arbitrium boni Viri, petendum, introducendum, & prossequendum, & in causis ipsorum revisionum ea omnia faciendum, quæ facere posset ipse D. Constituentis.

Item ad locandum quæcumque bona immobilia, & iura ad dictum D. Constituentem spectantia quibuscumque personis, pro tempore, fiduci, pactis, modis, & formis concordandis, sineque quarumcumque locationum, tam prætentium, quam futurarum denunciadum, & protestandum contra quoscumque, & ex quocumque iure, & causa, tam temporis finiti, quam aliter, bona que denuò locandum toties, quoties &c.

Item ad inheundos quoscumque calculos cum quibusqq; debitoribus præfati D. Constituentis, pro quibuscumque parcellis creditorum ad eum spectantium, dictosque calculos acceptandum, approbandum, & subscriptendum, & seu de eis revisionem petendum, prossequendum, & reportandum toties, quoties &c.

Item

Item ad intrandum, & apprehendendum, apprehensamque retinendum possessionem, & tenutam corporalem, & actualem quorumcumque bonorum immobilium, ad eundem D. Constituentem spectantium ex quoconque iure, & tam vigore publicorum instrumentorum, quam rerum iudicatarum, seu exequendarum, & in eadem possessione continuandum, fitabiles recognoscendum, & seu expellendum, si fuerint renitentes &c. toties, quoties &c.

Item ad comparendum coram Excellentissimo I. C. C. D. Vicario Prouisionum Mediolani, & alibi, ibique contradicendum aduersus quæcunque cridas prouisionales, quæ publicari contigerint ad instantiam quarumcumque personarum pro bonis vbiuis suis, & in scriptis dandum, deducendum, & ostendendum quæcunque iura, actiones, & credita, quæ dicto D. Constituenti competunt, aut competere postulat aduersus bona crida, seu crida, & ad petendum declarari &c. cridas nullas, & non præiudicare iuribus D. Constituentis, bonaque eidem relaxanda, velex eorum pretio illi satisfaciendum, & prout melius, & expediens fuerit &c., & superinde ad iurandum in animam dicti D. Constituentis, quod id, scilicet talet comparitionem, contradictionem, iurum productionem, & in scriptis dationem, & omnia, & singula, quæ præfatus D. Procurator faciet, non fecit, nec facit per malitiam, nec in fraudem, nec animo malitioso impediendi aliquam alienationem quovis modo, & in omnibus ad formam Nou. Const. Mediolani, vt ex nunc præfatus D. Constituentis iurauit, & iurat in omnibus, & per omnia prout à dicto D. Procuratore, vt supra Constituto iuratum fuerit, & iurari contigerit, & prout, & sicut &c.

Item ad cedendum, & quæcunque cessiones faciendum, & facere possendum cuicunque personæ, seu personis de omnibus, & quibuscumque creditis, & iuribus ad præfatum D. Constituentem spectantibus, tam prædicto, quam (si expedierit) pro minori pretio, pretiaque recipiendum, & quitandum, & seu etiam de eo fidem habendum, & exinde recipiendum sub pactis, modis, & formis concordandis, & ad iurandum in animam, & super animam ipsius D. Constituentis dictum D. Constituentem esse verum creditorem cedentem, & datorem eius de quo dictus D. Procurator cedet ius, scilicet de qua

quantitate, de qua fiet cesso, & quod de suo, scilicet
D. Constituentis cedit ius, & non in fraudem alicuius,
nec iuris alicuius, & quod in veritate nomine, & occasio-
ne illius cessionis recepit, & habuit eam quantitatem pe-
cuniarum, quæ dabitur pro pretio dictarum cessionum,
& in omnibus, prout iurari requiritur ex forma statuto-
rum Mediolani in titulo de cessionibus, vt ex nunc ipse
D. Constituens iurauit, & iurat &c. in omnibus, & per
omnia, prout per dictum D. Procuratorem vt supra
constitutum iuratum fuerit, & iurari contigerit &c.

Item ad protestandum quascunque caducitates contra
quoscunque Emphiteutas pro quibuscumque bonis, &
iuribus, & tam ex causa cessationis in solutione cano-
nis, quam aliter, & causas ipsarum caducitatium profle-
quendum, & seu etiam eas remittendum toties, quo-
ties &c.

Item ad praestandum, & subeundum quodlibet licitum,
& honestum iuramentum, tam de calumnia, quam ali-
ter, & seu habendi ratum &c., vel aliter prout opus fue-
rit, & tam occasione cui usus contractus, & Instrumenti
celebrandi, quam in quoconque iudicio, seu cedula pen-
dente, orta, & mota, quam mouenda toties, quoties
&c. vt ex nunc ipse D. Constituens iurauit, & iurat in
omnibus, & per omnia prout per dictum D. Procurato-
rem vt supra constitutum iuratum fuerit, & iurari con-
tigerit, & prout, & sicut &c.

Item ad celebrandum quæcumque opportuna Instrumen-
ta, quam necessaria fuerint cum quibuscumque persona,
& personis, cum clausulis, & solemnitatibus debitiss, &
in eis promittendum, & obligandum personam, & bo-
na ipsius D. Constituentis cum pacis, modis, & formis
dicto D. Procuratori melius benevisis, ac cum iuramen-
tis opportunis, vt ex nunc ipse D. Constituens iurauit,
& iurat in omnibus, & per omnia prout à dicto D. Pro-
curatore vt supra Constituto iuratum fuerit, & iurari
contigerit &c.

Item ad omnes, & quascunque lites, & causas, tam adi-
nas, quam passiuas, civiles, & criminales, & mixtas,
motas, & mouendas in quacunque Curia, & coram quo-
cunque iudice Ecclesiastico, vel Seculari, & coram quo-
cunque Tribunalij etiam Supremo, & quacunque au-
toritate fungente, & in eis faciendum quoscunque
aclus, qui necessarij fuerint, & melius videbuntur pre-
fato

fato D. Procuratori, & cum facultate extendendi præ-
sens mandatum, quo ad lites prout opus fuerit, & etiam
iuxta stylum fori, in quo exhiberi contigerit, & cum fa-
cilitate appellandi, & dicendi de nullitate, & in ipsis cau-
sis faciendi omnia acta necessaria, & opportuna, & prout,
& sicut &c.

Eo declarato &c. quod præsens mandatum, quo ad Re-
giā Camerā, Bancū S. Ambrosij, Communitates,
& alia loca publica nunquam censeatur reuocatum, nisi
de reuocatione data fuerit notitia eorum ministris.

Et generaliter &c.

Dans &c. cum libera &c.

Promittens &c. sub &c.

Et volens &c.

Et iurauit &c. habere ratum &c., & non contrauenire &c.
sub refutatione &c.

Et de prædictis &c.

Aīum in vna ex Salis Superioribus versus Curtem domus
habitationis dictorum DD. fratrū de Carcanis sit. vt
supra præsentibus D. Carolo Garibaldo Mediolani
Notario f. q. D. Io. Baptista P. T. P. S. Vincentij in
Prato intus Mediolani, & D. Ioseph Scaronio filio D.
Casimiri P. T. P. S. Euphemiae intus Mediolani Prono-
tarijs &c.

Testes D. Franciscus Ollegius f. q. D. Iohannis Baptiste
P. O. P. S. Stephanii in Brolio intus Mediolani, D. Ioseph
Girardus f. q. Angeli Francisci P. R. P. S. Nazarij in
Brolio Mediolani, & Hieronymus de Ghōldis f. q. Anto-
nij P. O. P. S. Babilae foris Mediolani, omnes noti, &
idonei &c.

JFB

Ex Joanne Baptista Ferrareis, ex D. Joannis
Beverardi, f. q. Agnese, Iure Cipri
& autoritatē Mediolani Statuarij P. T. P. S.
Alfrandini in Zabaria Mediolani S. I.
Instrumento rogatus confaciāti, et prefatis

Appartenenti ducasi
Della Comunità di
Legnano -